

LIBER SECUNDUS.

EPISTOLA I.

AD AUGUSTUM.

Cum tot sustineas et tanta negotia solus,
Res Italas armis tuteris, moribus ornes,
Legibus emendes; in publica commoda peccem,
Si longo sermone morer tua tempora, Cæsar.
Romulus, et Liber pater, et cum Castore Pollux, 5
Post ingentia facta, Deorum in templa recepti,
Dum terras hominumque colunt genus, aspera bella
Componunt, agros assignant, oppida condunt,
Ploravere suis non respondere favorem
Speratum meritis. Diram qui contudit Hydram, 10
Notaque fatali portenta labore subegit,
Comperit Invidiam supremo fine domari.
Urit enim fulgore suo qui prægravat artes
Infra se positas; extinctus amabitur idem.
Præsenti tibi maturos largimur honores, 15

LIBRO SEGUNDO.

EPISTOLA I.

A AUGUSTO.

Cuando de tantos y tan graves cargos
Solo sostienes, César, todo el peso;
Con armas guardas, con sostumbres ornas,
Y con leyes reformas el imperio,
Al bien comun recelo hacer perjuicio
Si con largos discursos te entretengo.
A Rómulo elevó, Castor y Polux
Y al padre Baco la virtud al cielo;
Y mientras en la tierra consagraron
A la dicha del hombre sus esfuerzos,
Pusieron fin á encarnizadas guerras,
Partieron campos y fundaron pueblos,
La indiferencia ingrata lamentaron
Con que el mundo miró sus altos hechos.
El vencedor de la hidra, el que los mónstruos
Domeñó que sus hados le opusieron,
Halló en la Envidia un mónstruo mas temible,
Que no se puede ahogar sino muriendo:
Que quien sobre los otros se levanta
Abrasa á los demas con sus reflejos,
Y hasta que muera no será ensalzado.
Mas á tí tributamos aun viviendo.

Jurandasque tuum per nomen ponimus aras;
 Nil oriturum aliàs, nil ortum tale fatentes.
 Sed tuus hic populus, sapiens et justus in uno,
 Te nostris ducibus, te Graiis anteferendo,
 Cætera nequaquam simili ratione modoque 20
 Æstimat, et nisi quæ terris semota, suisque
 Temporibus defuncta videt, fastidit et odit:
 Sic fautor veterum, ut tabulas peccare vetantes,
 Quas bis quinque viri sanxerunt; fœdera regum,
 Vel Gabiis, vel cum rigidis æquata Sabinis, 25
 Pontificum libros, annosa volumina vatum,
 Dictitet Albano Musas in monte loquas.
 Si quia Græcorum sunt antiquissima quæque
 Scripta vel optima, Romani pensantur eadem
 Scriptores trutinâ; non est quòd multa loqua-
 mur: 30
 Nil intra est oleam, nil extra est in nuce duri.
 Venimus ad summum fortunæ; pingimus, atque
 Psallimus, et luctamur Achivis doctiùs unctis.
 Si meliora dies, ut vina, poemata reddit,
 Scire velim pretium chartis quotus arroget annus. 35
 Scriptor abhinc annos centum qui decidit, inter
 Perfectos veteresque referri debet, an inter
 Viles atque novos? Excludat jurgia finis.

Honras divinas, y aras te erigimos,
 Donde juramos por tu nombre escelso,
 Confesando que príncipe tan grande
 No vió ni verá nunca el universo.
 Mas tu pueblo, tan sábio en preferirte
 A los héroes romanos y á los griegos,
 Cuando de otros objetos mil se trata,
 No juzga con igual discernimiento;
 Y ódia ó desprecia cuanto no procede
 De luengas tierras y lejanos tiempos.
 Celoso partidario de lo antiguo,
 Vé los tratados de los reyes nuestros
 Con gabios y sabinos, vé las leyes
 Que ilustres decenviros recogieron,
 De pontífices vé los viejos libros,
 Y de antiguos poetas vé los versos,
 Como dictados por las musas mismas
 En el Albano monte á sus abuelos.
 Si porque entre los griegos escritores
 Esceden los antiguos á los nuevos,
 Se ha de pensar lo mismo de nosotros,
 La cuestion se acabó; decir podremos
 Que de la nuez la cáscara no es dura,
 Ni duro es de la aceituna el hueso;
 Y que porque á la cumbre hemos llegado
 Del poder y la gloria, ya sabemos
 Pintar, cantar, y hasta en la fuerte lucha,
 Aventajamos á los mismos griegos.
 Si los poemas son como los vinos,
 Mas apreciados mientras son mas viejos,
 Saber quisiera cuántos años bastan
 Para que tengan los escritos precio.
 ¿El que escribió hace un siglo, ser' contado
 Debe entre los antiguos y los buenos,
 O ya entre los modernos y los malos?

—Est vetus atque probus centum qui perficit annos.
 —Quid? qui deperit minor uno mense vel anno, 40
 Inter quos referendus erit? Veteresne poetas,
 An quos et præsens et postera respuet ætas?
 —Iste quidem veteres inter ponetur honestè,
 Qui vel mense brevi, vel toto est junior anno.
 —Utor permissio, caudæque pilos ut equinæ 45
 Paulatim vello; et demo unum, demo etiam unum,
 Dum cadat elusus ratione ruentis acervi,
 Qui redit ad fastos, et virtutem æstimat annis,
 Miraturque nihil nisi quod Libitina sacravit.
 Ennius, et sapiens, et fortis, et alter Homerus, 50
 (Ut critici dicunt) leviter curare videtur
 Quò promissa cadant et somnia Pythagorea.
 Nævius in manibus non est, et mentibus hæret
 Penè recens. Adeò sanctum est vetus omne poema!
 Ambigitur quoties uter utro sit prior, aufert 55
 Pacuvius docti famam senis, Accius alti.
 Dicitur Afrani toga convenisse Menandro;
 Plautus ad exemplar Siculi properare Epicharmi;
 Vincere Cæcilius gravitate, Terentius arte.
 Hos ediscit, et hos arcto stipata theatro 60
 Spectat Roma potens; habet hos numeratque poetas.

Fíjese la cuestion para entendernos.
 —Bueno es y antiguo el que escribió hace un siglo.
 —Bien, y si cuenta un mes ó un año menos,
 ¿Será bueno y antiguo, ó despreciarle
 Presentes deberán y venideros?
 —Si un mes ó un año le faltare solo,
 Siempre entre los antiguos tendrá asiento.
 —Convenidos. Ahora, cual se arranca
 A un caballo la cola pelo á pelo,
 Quito primero un año, despues otro,
 Hasta que aquel que aprecia los talentos
 Por los años no mas, y solo estima
 Lo que la muerte consagró y el tiempo,
 Cual de arena un monton se desmorona,
 Vea venir á tierra su argumento.
 Enio el sábio, el valiente, y como ilustres
 Críticos dicen, el rival de Homero,
 No de las pitagóricas promesas
 Se cuida mucho ni los vanos sueños.
 Nadie de Nevio ya los versos lee,
 Y se repiten, cual si fueran nuevos:
 ;Tan respetables son y tan sagrados,
 De un antiguo poema los derechos!
 Si se trata de hacer comparaciones,
 Nunca entre autores fijanse modernos.
 Accio es sublime, si Pacuvio es docto;
 Compite Afranio con Menandro el griego;
 Al estilo del sículo Epicarmo,
 Plauto camina siempre hácia su objeto;
 Por lo grave distínguese Cecilio,
 Y en arte y correccion brilla Terencio.
 Los únicos son estos, cuyas obras
 Aplauda Roma, y apiñado el pueblo
 Corre siempre á admirar en los teatros;
 Ni reconoce mas poetas que ellos

Ad nostrum tempus, Livii scriptoris ab ævo.
 Interdum vulgus rectum videt; est ubi peccat.
 Si veteres ita miratur laudatque poetas,
 Ut nihil anteferat, nihil illis comparet, errat: 65
 Si quædam nimis antiquè, si pleraque durè
 Dicere credit eos, ignavè multa fatetur;
 Et sapit, et mecum facit, et Jove judicat æquo.
 Non equidem insector, delendaque carmina Livii
 Esse reor, memini quæ plagosum mihi parvo 70
 Orbilium dictare; sed emendata videri
 Pulchraque, et exactis minimùm distantia, miror.
 Inter quæ verbum emicuit si fortè decorum, et
 Si versus paulo concinnior unus et alter,
 Injustè totum ducit venditque poema. 75
 Indignor quidquam reprehendi, non quia crassè
 Compositum illepidève putetur, sed quia nuper:
 Nec veniam antiquis, sed honorem et præmia posci.
 Rectè necne crocum floresque perambulet Attæ
 Fabula, si dubitem; clament periisse pudorem 80
 Cuncti penè patres, ea cum reprehendere coner
 Quæ gravis Æsopus, quæ doctus Roscius egit;
 Vel quia nil rectum, nisi quod placuit sibi, ducunt;
 Vel quia turpe putant parere minoribus, et quæ
 Imberbes didicere, senes perdenda fateri. 85
 Jam Saliare Numæ carmen qui laudat, et illud

Desde el tiempo de Livio á nuestros dias.
 —El vulgo á veces juzga bien, es cierto;
 Pero tambien se engaña, como cuando
 Todo le encanta en los poetas viejos,
 Y se figura que igualarlos nadie
 Podrá jamás, ni menos escederlos.
 Mas si en ellos los rancios arcaismos,
 Y el estilo ya duro y ya rastrero
 Reconoce y reprende con franqueza,
 Muestra gusto y razon, y yo le apruebo.
 No digo que se quemén los escritos
 Del Livio aquel, que Orbilio el palmero
 Cuando yo era muchacho me dictaba;
 Mas debe sorprenderme que sus versos
 Correctos se reputen, armoniosos,
 Y casi y aun quizá como modelos.
 ¿Se deberá estimar todo un poema,
 Porque haya acaso un verso ú otro bueno,
 O una voz escogida y elegante?
 En cuanto á mí, me indigno, lo confieso,
 Cuando veo tachado algun escrito,
 No de insulso ó soez, sino de nuevo,
 Mientras que para autores de otro siglo
 No se pide indulgencia, sino premio.
 Si dudo que las fábulas de un Ata
 De rosas y azafran corran senderos,
 Los viejos gritan que es una insolencia
 Desaprobar lo que aplaudir hicieron
 Un dia Esopo el grave y Roscio el docto.
 Y ¿de qué piensas que procedo aquesto?
 De que bueno tan solo conceptuan
 Lo que á ellos gusta, ó de que juzgan feo
 Ser menos que los jóvenes, y ancianos
 Olvidar lo que niños aprendieron.
 Al que alaba el poema de los Salios

Quod mecum ignorat, solus vult scire videri;
 Ingeniis non ille favet plauditque sepultis,
 Nostra sed impugnat, nos nostraque lividus odit.
 Quòd si tam Græcis novitas invisâ fuisset, 90
 Quàm nobis; quid nunc esset vetus? aut quid haberet
 Quod legeret tereretque viritim publicus usus?
 Ut primùm positis nugari Græcia bellis
 Cœpit, et in vitium fortunâ labier æquâ,
 Nunc atletarum studiis, nunc arsit equorum; 95
 Marmoris aut eboris fabros aut æris amavit;
 Suspendit pictâ vultum mentemque tabellâ;
 Nunc tibicinibus, nunc est gavisâ tragœdis:
 Sub nutrice puella velut si luderet infans,
 Quod cupidè petiit, maturè plena reliquit. 100
 Quid placet, aut odio est, quod non mutabile credas?
 Hoc paces habuere bonæ ventique secundi.
 Romæ dulce diu fuit et solemne, reclusâ
 Manè domo vigilare, clienti promere jura;
 Cautos nominibus certis expendere nummos; 105
 Majores audire; minori dicere per quæ
 Crescere res posset, minui damnosa libido.
 Mutavit mentem populus levis, et calet uno
 Scribendi studio; pueri Patresque severi

Hecho por Numa, comprender fingiendo
 Lo que como yo ignora, horror á vivos
 Le mueve mas que estimacion á muertos.
 Y si á la novedad mostrado hubiesen
 Como nosotros aversion los griegos,
 ¿Qué habria antiguo ahora? ¿Cuáles libros
 Leyera y releyera todo un pueblo?
 Cuando libre la Grecia de disturbios,
 Pudo entregarse á dulces pasatiempos,
 Y la prosperidad larga y sabrosa
 Corrompió al fin sus hábitos austeros,
 Con ardor ya carreras de caballos
 Voló á aplaudir, ya atléticos esfuerzos;
 Ya gustó del marfil, mármol y bronce,
 Que vió animados por cinceles diestros;
 Tal vez la cautivaron las pinturas,
 De la flauta tal vez los gratos ecos,
 Y al teatro en seguida aficionóse;
 Harta dejando, cual rapaz travieso
 De su tierna nodriza en el regazo,
 Lo que antes deseó con mas anhelo.
 Pero ¿puede haber nada que á los hombres
 Inspire siempre amor ó siempre tedio?
 De este modo la paz y la fortuna
 Nacer las artes útiles hicieron.
 Lo mismo pasó en Roma: ocupaciones
 Fueron de nuestros padres largo tiempo,
 Madrugar, despachar á los clientes,
 A sólido deudor prestar á premio,
 Oír el parecer de los ancianos,
 Y enseñar á los jóvenes los medios.
 De alargar su caudal por una parte,
 Y de acortar por otra sus deseos.
 Trocóse la afición, y hoy es de todos
 La poesia el único embeleso.

Fronde comas vincti cœnant et carmina dictant. 110
 Ipse ego, qui nullos me affirino scribere versus,
 Invenior Parthis mendacior; et prius orto
 Sole vigil, calamum et chartas et scrinia posco.
 Navem agere ignarus navis timet: abrotonum ægro
 Non audet nisi qui didicit, dare: quod medicorum
 est, 115
 Promittunt medici: tractant fabrilia fabri.
 Scribimus indocti doctique poemata passim.
 Hic error tamen, et levis hæc insania, quantas
 Virtutes habeat, sic collige: vatis avarus
 Non temere est animus, versus amat, hoc studet
 unum; 120
 Detrimenta, fugas servorum, incendia ridet;
 Non fraudem socio, puerove incogitat ullam
 Pupillo; vivit siliquis et pane secundo;
 Militiæ quamquam piger et malus, utilis urbi;
 Si das hoc, parvis quoque rebus magna juvari. 125
 Os tenerum pueri balbumque poeta figurat;
 Torquet ab obscœnis jam nunc sermonibus aurem;
 Mox etiam pectus præceptis format amicis,
 Asperitatis et invidiæ corrector et iræ;
 Rectè facta refert; orientia tempora notis 130
 Instruit exemplis; inopem solatur et ægrum.
 Castis cum pueris ignara puella mariti
 Disceret unde preces, vatem ni Musa dedisset?

Mozos y senadores coronados
 De flores cenan, y recitan versos,
 Y aun yo, si digo que á este afan renuncio,
 Falaz mas que los Partos aparezco,
 Pues todas las mañanas á la aurora
 Papel y escribania estoy pidiendo.
 Quien jamás navegó naves no guía,
 Quien no aprendió á curar no dá remedios.
 De males es el médico el que entiende,
 Y de carpintería el carpintero;
 Mas en llegando á hablar de poesia,
 Lo mismo charla el tonto que el discreto.
 Esta es una locura ciertamente,
 Mas suele producir buenos efectos.
 Por de contado, es raro que un poeta
 Tenga avaricia, pues que el caro objeto
 De su aficion le ocupa el alma toda.
 Fugas de esclavos, pérdidas, incendios,
 Nada le importan; al pupilo ó socio
 Lazos no tiende ni suscita enredos;
 Con mal pan y legumbres vive alegre;
 Y aunque suele en verdad ser mal guerrero,
 En la ciudad es útil, si no niegas
 Que auxilia á lo grande lo pequeño.
 De los niños la lengua balbuciente
 Suelta; su oido aparta de lo osceno;
 De envidia, ira y dureza los corrige;
 Les forma el corazon con sus preceptos;
 Las acciones ilustres recomienda;
 De los pasados siglos con ejemplos
 Instruye á los presentes, y consuela
 Ora al menestero, ora al enfermo.
 ¿De quién habrian los sagrados himnos
 Aprendido doncellas y mancebos,
 Si poetas las Musas no formáran?

Poscit opem chorus, et præsentia numina sentit;
 Cœlestes implorat aquas, doctâ prece blandus; 135
 Avertit morbos; metuenda pericula pellit;
 Impetrat et pacem, et locupletem frugibus annum:
 Carmine Dî superi, placantur carmine Manes.
 Agricolæ prisci, fortes parvoque beati,
 Condita post frumenta, levantes tempore festo 140
 Corpus, et ipsum animum spe finis dura ferentem,
 Cum sociis operum, et pueris et conjuge fidâ,
 Tellurem porco, Sylvanum lacte piabant,
 Floribus et vino Genium memorem brevis ævi.
 Fescennina per hunc inventa licentia morem 145
 Versibus alternis opprobria rustica fudit;
 Libertasque recurrentes accepta per annos
 Lusit amabiliter; donec jam sævus apertam
 In rabiem verti cœpit jocus, et per honestas
 Ire domos impunè minax. Doluere cruento 150
 Dente lacessiti: fuit intactis quoque cura
 Conditione super communi: quin etiam lex
 Pœnaque lata, malo quæ nollet carmine quemquam
 Describi. Vertère modum formidine fustis,
 Ad bene dicendum delectandumque redacti. 155
 Græcia capta ferum victorem cepit, et artes
 Intulit agresti Latio. Sic horridus ille

Con versos blandos el favor del cielo
 Pide y obtiene el coro; arranca lluvias,
 Destierra males, y conjura riesgos;
 Paz recaba y cosechas, y á los dioses
 Aplaca del Olimpo y del Averno.
 Recogidas las mieses, los antiguos
 Fuertes, y con su escaso haber contentos,
 Recreaban con dulces esperanzas
 En los dias festivos alma y cuerpo;
 Y en union de la esposa, prole y mozos,
 De sus tareas fieles compañeros,
 Una puerca ofrecian á la tierra,
 Leche á Silvano, y vino y flor al Genio,
 Que ser corta la vida nos recuerda.
 Despues el Fescenino desenfreno
 Se introdujo; y en coplas se lanzaron
 Recíprocos sarcasmos los labriegos.
 La libertad añal autorizada
 Fué al pronto un inocente pasatiempo;
 Pero en breve punzantes invectivas
 Degeneraron en furor abierto,
 Que luego en las familias mas honradas
 Se cebó sin peligro y sin respeto.
 Quejéronse altamente los mordidos,
 Y aun á los no mordidos causó miedo
 El peligro que á todos amagaba;
 Y una ley se dictó, pena imponiendo
 De muerte á aquel, que de otro lastimase
 La buena fama en injuriosos versos:
 Y mudando, por miedo del castigo,
 De estilo los poetas, al recreo
 Y á la instruccion sus estros consagraron.
 En tanto al vencedor cautivó fiero
 Grecia vencida, y en el Lacio agreste
 Introdujo sus artes. Decayeron

Defluxit numerus Saturnius, et grave virus
 Munitiæ pepulere: sed in longum tamen ævum
 Manserunt, hodieque manent, vestigia ruris. 160
 Serus enim Græcis admovit acumina chartis,
 Et post Punica bella quietus quærere cepit,
 Quid Sophocles et Thespis et Æschylus utile fer-
 rent:
 Tentavit quoque rem, si dignè vertere posset;
 Et placuit sibi, naturâ sublimis et acer: 165
 Nam spirat tragicum satis, et feliciter audet;
 Sed turpem putat inscitè metuitque lituram.
 Creditur, ex medio quia res arcessit, habere
 Sudoris minimum; sed habet comœdia tantò
 Plus oneris, quantò veniæ minus. Aspice Plautus 170
 Quo pacto partes tutetur amanti ephœbi;
 Ut patris attenti, lenonis ut insidiosi:
 Quantus sit Dossenus edacibus in parasitis:
 Quàm non adstricto percurrat pulpita socco:
 Gestit enim nummum in loculos demittere; post
 hoc 175
 Securus cadat, an recto stet fabula talo.
 Quem tulit ad scenam ventoso Gloria curru,
 Exanimat lentus spectator, sedulus inflat.
 Sic leve, sic parvum est, animum quod laudis
 avarum

Luego los rudos versos saturnianos,
 Y sucedió lo culto á lo grosero;
 Mas de la antigua rustiquez las huellas
 Duraron mucho, y aun durar las vemos;
 Pues tarde la atencion de los romanos
 Despertaron las obras de los griegos.
 Solo cuando se hallaron, terminadas
 Las largas guerras de Cartago, quietos,
 De averiguar trataron lo que hicieran
 Tespis, Esquilo y Sófocles de bueno.
 Probaron luego á traducir sus obras,
 Y el ensayo dejólos satisfechos;
 Pues por naturaleza son sublimes,
 Osados con ventura; el noble acento
 De la tragedia imitan, aunque á mengua
 Tienen tal vez borrar lo que escribieron.
 Se cree fácil componer comedias,
 Porque á asuntos limitanse caseros;
 Pero el acierto es tanto mas difícil,
 Cuanto las faltas se perdonan menos.
 Y ¡cuán mal no sostiene Plauto mismo
 Los caracteres del amante tierno,
 Del padre avaro y del rufian astuto!
 ¿No estan llenas las piezas de Dosseno
 De parásitos viles? ¿Quién no nota
 El desaliño con que calza el zueco?
 ¿Por qué? porque no cuidan que las piezas
 Caigan ó duren, como den dinero.
 Al poeta que en alas de la gloria
 Sube al teatro en busca del incienso,
 Aterra espectador indiferente,
 Vuelve la vida espectador atento;
 Que el vivir ó el morir de un vanidoso
 Depende de incidentes tan pequeños.
 Del teatro huyo pues, si enflaquecerme

Subruit aut reficit. Valeat res ludicra, si me 180
 Palma negata macrum, donata reducit opimum.
 Sæpe etiam audacem fugat hoc terretque poetam,
 Quòd numero plures, virtute et honore minores,
 Indocti, stolidique, et depugnare parati,
 Si discordet eques, media inter carmina pos-
 cunt 185

Aut ursum aut pugiles; his nam plebecula gaudet.
 Verùm equitis quoque jam migravit ab aure vo-
 luptas

Omnis, ad incertos oculos et gaudia vana.
 Quatuor aut plures aulæa premuntur in horas;
 Dum fugiunt equitum turmæ, peditumque cater-
 væ: 190

Mox trahitur manibus regum fortuna retortis;
 Esseda festinant, pilenta, petorrita, naves:
 Captivum portatur ebur, captiva Corinthus.
 Si foret in terris, rideret Democritus; seu
 Diversum confusa genus panthera camelo, 195
 Sive elephas albus vulgi converteret ora:
 Spectaret populum ludis attentius ipsis,
 Ut sibi præbentem mimo spectacula plura:
 Scriptores autem narrare putaret asello
 Fabellam surdo: nam quæ pervincere voces 200
 Evaluere sonum, referunt quem nostra theatra?
 Garganum mugire putes nemus aut mare Tuscum:
 Tanto cum strepitu ludi spectantur, et artes
 Divitiæque peregrinæ, quibus oblitus actor,

Debo vencido, ó engordar si venzo.
 Hay otra cosa que á un autor espanta;
 Y es que al teatro van miles de necios,
 De ignorantes, de záfios sin modales,
 Siempre á reñir y vocear dispuestos,
 Si con lo que desean no convienen
 Las gentes distinguidas, y que enmedio
 De la pieza, osos piden y combates;
 Cosas que agradan mucho al bajo pueblo.
 Y aun la nobleza misma, del oido
 Abandona el dulcísimo recreo,
 Porque disfruten sus curiosos ojos
 De otro placer liviano y pasajero.
 Cuatro ó mas horas el telon se baja;
 De á caballo y á pie salen corriendo
 Diversos grupos; maniatado y triste
 Despues llega un monarca prisionero;
 Detras carros, literas y carrozas,
 Y naves, y por último trofeo
 Aparece Corinto encadenada,
 De marfil figurada en un modelo.
 Si anduviese Demócrito en el mundo,
 De buena gana reiria, viendo
 A una girafa, á un elefante blanco
 Las miradas fijar de un vulgo inmenso,
 Que estudiado, espectáculo mas vário
 Le ofreceria que los mismos juegos;
 Y en cuanto á los autores, pensaria
 Que fábulas contaban á un jumento;
 Pues ¿ cómo, entre la grita del teatro,
 De un actor se oirian los acentos,
 Cuando atolondra el ruido, cual bramando
 El Gárgano ó las olas del Tirreno?
 Tal la algazara es con que se miran
 Artes, juegos y adornos estrangeros.